

Ann. V.

Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

LONDON W.
28, Orchard Street.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

SOCIS ET LECTORIBUS COMMENTARII NOSTRI HUMANISSIMIS	Vox Urbis.
AD HOMINUM SOCIETATEM RESTITUENDAM QUID VALEANT FIDES, DOCTRINA,	
VIRTUS	I. Toniolo.
Ex BATAVIA. De certamine poetico Hoeufftiano.	H. T. Karsten.
« ANTIGONE » SOPHOCLEA FABULA ROMAE IN SCENIS ACTA	Forfex.
EPICUREUM CERTAMEN.	A. M. Cerasoli.
CANEPHORA A FRATRIBUS DELLA ROBBIA INSULPTA.	A. C.
SUBLACUM	Senior.
DE LONGAEVITATE	D. Lascaris.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE .	Fr. Xav. Reuss.
EX ITALIS URBIBUS. De Paulo Sacchi	Sabalpinus.
SAPIENTIUM INVENTA PRAECIPUA AN. MCMII	M. Lani.
ANNALES	Poplicola.
ÆNIGMATA	V. Hertel.

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35. Via della Pace

M CMII

AD MAGIS MAGISQUE

"VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

T
In Ita
Lib. 15

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A PROXIMIS KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETIUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite mittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

C^{um} de C
tes plu
novas insta
rem rerum
iaciebamus,
cii et lector
mero, praef
viderunt, s
imminutum
ribus opibus
ad consocia
queant.

Verum qu
sumus, can
tionem hanc
kalendis Iuli
num MCMI
rimenti fine
munem uni
exstendi in p
" In praesens
in votis hab
rum numeru
verit, quo ri
duntur quo
vel integrae
proximum a

Res in ma
est. Itaque q
bitum siuum
deant; omne
Urbis comm
uirant, eaqu
tramite mitt
pretio: non en
nos reprehend
mandabimus.

Quae si fac
tinitatis triu
tendet, sed su
quisque prosp

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

SOCIIS ET LECTORIBUS
COMMENTARII NOSTRI
HUMANISSIMIS.

CUM de Commentario nostro loquentes plures obscura quaedam circa novas instauraciones, itemque meliorrem rerum condicionem per ambages iaciebamus, id in animo erat quod socii et lectores iam in superiore numero, praeter expectationem ferme, viderunt, subnotationis pretium ita imminutum, ut omnes, licet tenuoribus opibus, latinitatis studio incensi, ad consociationem nostram accedere queant.

Verum quia audacter rem aggressi sumus, candide declaramus subnotationem hanc novam, quam a proximis kalendis Iuliis ad expletum usque annum M CMII indiximus, intra experimenti fines stare, neque ad communem unius anni subnotationem extendi in praesens ullo modo posse. « In praesens » diximus; nam, si, quod in votis habemus, sociorum nostrorum numerus per eam abunde creverit, quo ritu minori pretio res venduntur quo latius vulgantur, item vel integrae consociationis pretium in proximum annum attenuabitur.

Res in manibus sociorum ipsorum est. Itaque qui nondum erga nos debitum suum solverint celeritati studeant; omnes autem curent ut *Vox Urbis* commentario nova nomina adquirant, eaque mature ad nos recto tramite mittant cum subnotationis pretio: non enim aliter — nec quisquam nos reprehendat — litteras exequutioni mandabimus.

Quae si facta fuerint, non uni latinitatis triumpho, quo nobiscum intendet, sed suae ipsius utilitati socius quisque prospiciet.

Vox Urbis.

AD HOMINUM SOCIETATEM RESTITUENDAM
QUID VALEANT
FIDES, DOCTRINA, VIRTUS.

MATURITAS temporum advenit tandem, qua licet palam profiteri obtestarique nova consilia omnia novosque ausus humanæ communitatis innovandæ, quos pertentamus, ex divinis fidei praeceptis tamquam ex fonte vitam suam motusque sumpsisse. Est enim cultus atque humanitas, si proprie res intelligitur, apta eaque sensim procedens participatio bonorum tum quae ad honestum, tum quae ad utilitatem pertinent, divitiarum scilicet, ac potentiae, ita ut alterum alteri subsidio evadat. Quo facilius autem humanitatis haec informatio id assequatur quod spectat, animi omnino sit oportet; una enim hae lege sensum habet syntheticum, unumque illud obtinet, cuius maxime egemus. Atqui dum omnia in materiam inanem ac brutam ruere certatim videmus, Christi ecclesia merito ad superna hominum animos erigere conatur.



Cedant igitur tandem aliquando calumniae catholico nomini inflatae, tamquam huius humanitatis et progressus hosti infensissimo; ipsi enim nos ad eam provehendam primi adlaboravimus, adlaboramusque adhuc, quemadmodum doctissimi quique viri a studio partium alieni aperte passim declararunt, ac novissime Brunetièrille gallicus vir confirmavit, nostrum agmen inventiens iamiam in primo ordine nova ad assequenda beatitatis praemia procedere. Superiore enim saeculo postquam Pii IX pontificis « Syllobo », examinatis atque ad trutinam revocatis novis hominum ausibus, errores multiplices, in quos homines incurerant, reieci sunt, Leonis XIII consilio ad urgentibus societatis necessitatibus, Christi nomine invocato, providendum impulsus sumus, atque ad humanitatis progressus feliciter prosequendos. Quibus pontificiis argumentis id plane cautum est, ut altero investigaretur ac reiiceretur humanitatis progressus fallax; altero autem rursus omnia exstruerentur et restituissentur in Christo.

Catholica enim fides non tam doctrinis constat, quam historia, cuius ex paginis altius eminent nonnisi oculis in caelum elatis novos eosque maximos humanitatis incepitus usque praeluxisse. Equis autem neget omnes nunc gentes divino hoc afflatu indigere, idque desiderare atque expetere? In praesenti enim omnium legum omniumque ordinum absentia et perturbatione plerique laboramus sive in publica re, sive in privata; confieendum omnino sentimus ex pluribus unum circa mores, mentem, societatem hominum universam; quod,

unum a catholicis tantum nobis produci potest, quippe quibus exemplar perfectionis contigit possidere, quod populis omnibus preeponamus secundum. Namque in assiduo illo et maximo et indefatigato commerciorum laborumque omnium operumque labore, dum optimus quisque ille videtur esse, qui facit magis quam dicit, quique abunde lucrat pecuniam, deest simul intima mentis vis, qua homines operamur, deest causa laborum omnium, deest ratio tot communum, deest fides denique, quae unum lumen est, quo ardore atque illustrari hominum acta queant. Quapropter errores ipsos, in quos forte dilabimur, plerumque non animadvertisimus, neque lieet iam poenitenti animo ex iisdem surgere, sed potius necesse est inconscia ruina absundi.



Fortunarum nostrarum redintegrationem non aliunde nasci posse dico, quam ex restituta in animis caelestium rerum cogitatione, quae uti est singulorum civium perfectioni necessaria, ita et universi populi ascensus una fovet. Atqui nulla alia huiusmodi cogitatio ad rem valet, praeter eam quam Christianae leges docent tribus rationibus distincta: fide, doctrina, virtute. At in fide catholici nos saepe intellectis male rebus decipimus; oportet igitur intimius eam meditemur ut eius auxilio utamur.

Post fidem doctrinae sit locus, quam non modo Ecclesia non repudiavit, sed servavit, auxit ac tamquam preevalida arma eam semper adhibuit, ita ut nunc in aperto tandem id quoque sit, non solum doctrinam ipsam fidei non repugnare, sed fidem esse necessariam doctrinæ. Nec quisquam imputet nobis serius forte nova disciplinarum reperta catholica auctoritate plerumque probari: id est enim viri prudentissimi atque sapientissimi, ut, lieet omnium primus veritatem viderit, postremus tamen, sed tutissimus, profiteatur.

Sed una cum fide et doctrina morum integritas atque vitae vivendae casta virtus sit catholicis carissima: antequam enim communitas hominum redimatur, singulos oportet sese novis moribus novum hominem induere, eumque christianum. Iamque inter virtutes nobis a Christo propositas quaedam sunt, uti caritas, uti humilitas, quae ad communitatis malis medendum quamplurimum valent. Per humilitatem enim Dei auxilio eiusque potenti dextera nos egere sentimus, per caritatem autem, eamque proximorum dilectione effusam, communitatem restituere valebimus. Humanus enim civilisque cultus vel sanguinis vel amoris effusione quaeritur: atqui catholicis nobis altera haec via a Christo proposita est.

JOSEPHUS TONILO.

EX BATAVIA

De certamine poetico Hoeufftiano.

CLARUS vir H. T. Karsten, Ordinis litterarii Regiae Nederlandiae disciplinarum Academiae Ab-actis, iis quae summatim ad nos misit de proximo certamine poetico Hoeufftiano (1) pro sua humanitate ampliores addidit de re notitias, itemque prospectum novi certaminis in hunc annum indicti. Ea libenter edimus, praesertim quod pro certo habemus valde sociorum nostrorum interesse. O utinam sciamus eorum aliquem praemium hoe anno arrepturum! Dum itaque id ex animo ominamur, en doctoris Karsten litterae:

A. d. VI Idus Martias in conventu Ordinis Litterarii tres dati iudices de XXIX carminibus ad certamen poeticum Hoeufftianum an. MCMII oblati, relationem pronunciaverunt, cuius relationis haec summa fuit:

Quatuor carmina nimis exilia visa sunt, itaque statim seposita: *Coelestis risus, In annum supraquinquagesimum vitae meditatio, Turtur gemens et Epistola patris ad filium*.

Sequuntur undecim carmina, quae placere poterunt, quo tempore mediocria poëmata laudabuntur: *De varia litteratorum hominum fortuna, Ad Celsum, Aetas nivea, Ad discipulum Magistri hortamenta, Prima nix, Fuga in Aegyptum, Itus redditus, De vehiculis vapore motis, Die natali Iolanda, Laeta convivia et Anxur*.

Deinde sunt septem carmina, quae variis nominibus lectorum detinent, sed haud ita paucae maenae offensioni sunt: *Coloni Afrixi, Ad Agrippinam consolatio, Regrettez-vous le temps, Homo Novus, Lydina, Luctus domesticus et Connubium discors*. Imprimis in postremo carmine, versuum circiter 1900, multa sunt praecellare enunciata, sed tantum non ubique limam desideramus.

Denique sunt septem carmina dignissima, quae prelum exerceant: *Hymenaea, Rus Albamum, Telemachus et Eucharis, Vulcanus, De*

(1) Cfr. num. VII.

EPICUREUM CERTAMEN

SATYRA

« *Fecundi calices quem non fecere disertum?* »
Horat. I, Epist. 5.

— « *Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo,
Pauperis addiscat conductus cultor agelli,
Quem brumae stringunt rabidi solesque perurunt;
Discat, qui callis rili duravit in arte
Dextram, seu tractat nigranti foreipe massam,
Seu fodit ex imis argenti aurique metalla
Visceribus terrae, cupidae sua praemia genti.
Nonne voluptatem tenui quoque contulit escae
Exactus sudore dies? nonne artibus altos
Fessis dura licet praebebit culcita somnos?
Nos maiora decent magnis genitoribus ortos,
Quies natura dedit ritam vixisse beatam? —*

*Haec Crassus, lances inter mensasque nitentes,
Eructat sapiens; sicutique ore corona
Dicto bibit parasitorum, et bona pocula libat.
Hic Labeo, hic Rullus, Barrus cum Pumilione,*

re cyclistica. Musa redux. Unum restat *Centurio*, cuius praestantiam statim agnovimus et quod propter purum ac tersum sermonem itemque propter elegantissimam inventionem præmio dignum esse censuimus. Aperta seidula nomine prodit poetae Ioannis Pascoli ex Castro Sancti Mauri.

Nonnullis diebus post, venia rite impetrata, quatuor seidulas aperiuimus et comparuit nobis *De re cyclistica* carmen deberi Ludovicus Graziani Lucensi; Alexandrus Zappata Comacensem cecinisse *Telemachum et Eucharis*, Franciscum Xaverium Reuss Romanum *Rus Albamum*, Petrum Helbertum Damste Leidensem *Hymenaea*. Poetae qui *Musam Reducem* et *Vulcanum* miserant, hueusque in umbra maluerunt latitare.

Ad novum certamen cives et peregrini invitatur his legibus, ut carmina latina non ex alio sermone versa nec prius edita argumentive privati nec quinquaginta versibus breviora nitide et ignota iudicibus manu scripta, sumptu suo ante Kal. Ian. anni proximi MCMIII mittant mihi Hermanno Thomae Karsten, Ordinis litterarii Academiae Ab-actis, munita sententia, item inscribenda seidulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transcribendo portabile prelum Britannicum (*typewriter*) adhibere velint.

Praemium victoris erit nummus aureus quadringentum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex legato faciendis typis describetur, eique subiungentur alia laude ornata, quando seidulae aperiendae venia dabitur.

Exitus certaminis in conventu Ordinis mense Martio pronunciabitur; quo facto seidulae carminibus non probatis additae Vulcano tradentur.

« ANTIGONE » SOPHOCLEA FABULA
ROMAE IN SCENIS ACTA.

NUMQUAM, quod sciam, non modo antiquitatis, eum Graecia principatum teneret litterarum et artium, sed etiam renovatae huma-

nitatis temporibus accidit, ut mulieres graeca lingua, eaque non sua, utentes, fabulam aliquam dicentes, imo in scenis agerent. Atqui id Romae his diebus puellae obtinuerunt apud regium athenaeum litteris studentes, quas in coetu a Gaetana Agnesi, muliere illa doctissima, nuncupato, Nicolaus Marini, urbanus antistes, iamdiu coegerit, ut pietatis simul et eruditio perquam sollertem operam darent, et fructum utroque e curriculo uberrimum referrent. Laudabili hoc proposito scenicos quoque ludos, quantum muliebri parti liceat, ut moliantur praesul doctissimus curat, ut musicas modos addiscant, et publica experimenta quotannis in ornatissimo suarum aedium theatro edant.

Mox itaque perarduum placuit inceptum aggredi Antigonis miserrimos casus a Sophocle, tragie illo cothurni principe, descriptos expondere lingua ipsa, qua auctor exaravit. Res multis curis ad amussim comparata, ita ut splendidum exitum haberet: ipse enim Marius graecum sermonem apprime callebat, quippe qui et orientalibus legationibus pluries fuerit addictus, et praecipuum labore iamdiu impenderit Ecclesiarum orientalium conversioni commentario notissimo, qui a Bessarione Cardinali titulum sumit illustrem: eique accessit dicendi magister peritissimus, graeco sanguine natus, Rivellius praesul, qui ad patriae linguae omnibus numeris absolutam pronunciationem tam sedulo intendit, ut rem plene cumulateque perficerit, atque audientibus omnibus, iisque exultissimis ex urbe doctoribus, miram delectationem comparaverit.

Chorus quoque, prouti in fabula iacent, audiimus, eosque optime ad Mendelssohn numeros acommodatos. Quid plura?... Restat ut qui pro viribus humanitatem provehimus, eiusque triumphos ubicunque fiunt magno cum gaudio notamus, egregiis illis puellis earumque praeeceptoribus ex animo gratulemur, optimisque prosequamur omnibus quod passim nostras ad aures venit, brevi fore ut *Antigonem* hanc, magni periculi victriem, Sophoclea *Electra* iisdem auspiciis subsequatur.

FORFEX.

*Pansa quoque et Varus; tanto doctore palaestra
Digna quidem! Tum Pansa: — « Obsonia forte palato
Sunt magis apta meo tenero, quam cum sale panis.
Duris quem facilis linquo messoribus. Equis
Non praefert, aut gallina detergere guttur.
Pinguibus aut turdis, rhombō mulloque trilibri?»
— « Hem! nova, — Varus ait, — nobis heic, Pansa, recantas!
Ut melius, ficias pastum iecur anseris albi.
Gratior et squillas inter muraena natantes!
Ostrea Circeis Luciferore edita fundo
Bis sena optatae indicunt exordia coenae:
Perdices addas fragrantib[us] tubere fartas;
Salmonem ex ovis conspersum embammate iungas
Hortensi asparago, lautam escam: crustula mensis
Des largus tandem et bellaria grata secundis.
Condit ista retus sordens squallore lagena,
Densus cui pulvis prisces aboleverit annos.
Tunc potius mihi nil ducam. Quis perneget audax,
Munere pro meritis nostro haec concessa labori?
Nos patriae haud minus ac ventri servimus». — « Honestus
Prorsus. — Pansa subit, — loqueris modo, Vare: nec ulli
Tanta vorant, ut nos, commercia lata iuvantes.
Calcar nemo bonis, aeque ac nos, artibus addit:*

Millia en
Fundim
Millia ph
Seu birot
Fulmineo
Quid, que
Vis anim
Nec meli
Rullus
Quae vos
Inridiam
Haec sati
(Ille quid
Haec nob
Cumque I
Dulcia: ce
Pauper en
Si ventri
Divitiae 1
Tum Lab
Rulle, fac
Insipiens
Relligio ve
Integra da
Sanguine
Innumera
Inmeritus
Optima q
Noctes atg
Et modica
Exiguo ut
Non nobis
In commu
Grand
Suspicit h
— « Edep
Purior in
Miscetur s
Credimur,
Compensa
Non sane
Quin place
Ludere et
Inde oboli
Fratrem tu
Sint libert
Aut Crass
Excep
Olli et su
Crassus, d
Dextris tu
Officioque
Icti dant
Matrona q
Gaudia co
Sidera las
Non fama
Quisque si
Quae mali
“ Fecundi
— « Me i
Eripui ing
Nec magna
Contulimu
Et crescen

mulleres graeca
es, fabulam ali-
agerent. Atqui
otinuerunt apud
dentes, quas in
ere illa doctis-
ini, urbanus an-
i simul et eru-
eram darent, et
berrimum refer-
senicos quoque
liceat, ut mo-
rat, utque mu-
ica experimenta
aedium theatro

cuit incoepum
as a Sophocle,
descriptos expo-
exaravit. Res
parata, ita ut
ipse enim Mari-
e callet, quippe
s pluries fuerit
em iamdiu im-
um conversioni
Bessarione Car-
eique accessit
graeco sanguine
ad patriae lin-
tam pronuncia-
rem plene eu-
dientibus omni-
urbe doctoribus,
erit.

pula iacent, au-
endelssohn nu-
?... Restat ut
rovehimus, eius-
at magno cum
uellis earumque
m, optimisque
ssim nostras ad
ntigonem hanc,
hoclea Electra

FORFEX.

ato

, recantas?

Honest
e ulli

*Millia enim dena egregiae in spectacula mimae
Fundimus, ac emimus saltus adamante puerae;
Millia plura damus generosa ex stirpe caballo;
Seu birota, aut curru malis praevertere ventos
Fulmineo, quem nullus equus sed commovet ignis.
Quid, quod divisorum dapibus collecta cerebro
Vis animae, summis est rebus nata gerendis;
Nec melius disquirimus unquam quam bene pransi?»*

*Rullus ad haec: — « Nimis effertis rumore secundo
Quae vos ad caelum, tacito cum murmure nigrum
Invidiam pariunt vulgi coecosque furores.
Haec satius, Labeo, Venusino digna magistro.
(Ille quidem non mentis iuven nec naris obesa!)
Haec nobis placeant. Quam fortunaverit horam
Cumque Deus, rapito gratus, nec differ in annum
Dulcia: concessum et mediocribus esse beatis.
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
Divitiae poterunt regales addere maius».*

*Tum Labeo: — « Belle de celsis verba cathedris,
Rulle, facis; sed, ut aiunt, non bene sculpturis, eia!
Insipiens gallina: tuum formidine pectus
Relligio vesana tenet. Quid? iura negabis
Integra dicitibus naturae legibus? alto
Sanguine censemur: campique, palatia, rura
Innumera accedunt; longo stant ordine servi.
Immeritumque putas quod luditur alea perno?
Optima quod nobis obsonia quaeque parantur?
Noctes atque dies, duros tolerare labores,
Et modica coenare inopes olus omne patella,
Exiguo ut cunctis pretio stent commoda vitae,
Non nobis dederunt di: sed tunicata popelli
In commune bonum est divam gens condita fato!»*

*Grande supercilium crispans et lumina torquens,
Suscepit hinc Barrus, mento cui plurima barba:
— « Edepol! ingenuo dignas et dixite voces!
Purior in nostris supremo numine venis
Miscetur sanguis, mundo generosa propago
Credimur, et miseris caeli demittimur axe.
Compensare tamen servi mercede laborem
Non sane abnuimus, veriti moderamina legum.
Quin placet et complere sedilia spissa theatri,
Ludere et insomnes, atque indulgere choreis,
Inde oblii ut turbis large tribuentur egenis.
Fratrem tum aequalemque vocamus, iuraque cunctis
Sint libertatis columnas, sit nempe potestas
Aut Crasso, aut Rullo servire, aut Pumilioni!»*

*Excepere viri plausu resonantia verba:
Olli et subrisit pingui distentus omaso
Crassus, dum teretes pertentat pollice malas.
Dextris tum gaudent puras coniungere dextras,
Officioque pari niti costasque fricare.
Icti dant crepitum cyathii, cratereque spumat
Matrona quem genuit Bacchum ditissima ripis.
Gaudia corde micant hilari, clamore cachinni
Sidera laseio feriunt, buccaeque salaces
Non famae parquent ulli sanctoque pudori.
Quisque suas tollunt laudes, secretaque pandunt,
Quae malint alias latitarent pectore in imo.
« Fecundi calices quem non fecere disertum?
— « Me nemo est melior, certis qui saepe periclis
Eripui ingenuas, trivis mediisque, puellas.
Nec magno stetit his pretio res: magna sed ipsi
Contulimus contra; non deficiente crumena,
Et crescente gula. Cupiant modo, serica dantur,*

*Dantur et anelli gemmis auroque coruscant,
Dantur et in niveum baccata monilia collum,
Dantur et in nimios pretiosa umbracula soles.
Dantur et...; ad summam, quaecunque his poscere fas est:
Nec renunt. Pollamque coco, et cum Doride Gallam,
Lesbia mi testisque Chloe facilisque Lycoris:
Practereo reliquias: patriae servisse decorum est!»*

*Non sua fert Varus Labeonem facta crepantem:
— « Sed nobis, — inquit, — multo potiora nepotes
Heu miseri! debent, celox quos coxit egestas.
En Rufillus adest, torrus, passoque capillo,
Dum rubet et pallet concussum membra tremore.
Quid tibi vis, bone? » — « Me, me, sodes, eripe fato!
Ni properes, collum laqueo frangam, aut maris unda
Praccipitem rapiet». — « Quā possum? » — « Millia nummā
Quinque statim mihi ni extrices, perii». — « Ecce, lubenter,
Quae petis, ipse dabo: unum posco; syngrapha denis
Millibus abs te signetur, quae fenore menses
Sex solidos nullo per te solvenda manebit!
Sexcentique pari servati munere vicunt ». —*

*Cuncta tamen longe superant quae praestat honestus,
Ventosae captans plebis suffragia, et alta,
Coenarum impensis coēmens subsellia, Barrus.
Mox aliquo redimit sollers dispendia quaestu,
Quippe salutantum turba stipatus in aulam,
Quo proceres coēunt populi sanctusque senatus,
Intrat, ubi leges fatali agitantur in urna.
Multo illic auro venundatur una tabella;
Multia redemptores operum mercede pacisci
Praemia non pudet, ut faceat: pinguisque lucelli
Manus ut arripiat, multa et largitur amicus.
— « Quin ego, — Barrus ait, — signata nomismata divū
Aut crucis effigie aut regum, quae in pectore splendent,
Torque dato, cuicunque paro, vel Pumilioni! »*

*His faciem attollit somno velut excitus, et qui
Hactenus in patinas nervos contenderebat omnes,
Pumilio, lippis oculis vinoque solutis:
— « O utinam voti compos fiam! ultima nobis
Spes vitae tandem obtingat! tibi, Barre, perennes
Numquam sat fuerit dignasque rependere grates!
Huc, pater o Lenaee, veni atque illabere nostris
Pectoribus, fugiantque metus curaeque sequaces.
Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes ..
Iam sertis redimite caput, redimite, sodales,
Dulcia vina rosis; potare et spargere flores
Nunc iuvat, atque frui concessae munere vitae.
Vitae summa brevis, rapidis praetercolat alis;
Et calcanda semel via leti; haud inde reverti
Fas homini, aut unquam sedes remeare beatas! »*

*Haec Dacus, domini dum cornicantur inepte,
Auribus arrectis, cultum mentitus amicum,
Colligit, et frendens tacito sub corde volutat.
Nempe sedent animo, quae nuper compita circum,
Vel Licini excepti tonsoris teste taberna,
Vel Codro sociis unctae clamante popinae:
— « Quid trepidas, frater? nunc aetas aurea mundo
Surrexit; cuncti censemur iuribus aequis:
Non dives, non pauper erit, nec herus famulusve:
Aequales omnes inter, partita laborum
Pondera lance pari, pariter partitaque lucra.
Num dubitas? fieri vix haec tibi posse videntur?
Marcius haec quidam narrat; cur amplius optas? »*

ALFONSUS M. CERASOLI S. I.

CANEPHORA

A FRATRIBUS DELLA ROBBIA INSULPTA.

USUI novissimo inservientes, cui post Boticelli ingenuas illas picturas, fietilia saeculo XIV insculpta placet in dignitatem reverare, eaque praesertim quae Della Robbia Tusei fratres arte subtili effuxerunt, canephoram seu Pomonam deam hodie damus, canistrum dextero brachio sustinens in capite fructibus et pomis omnibusque autumni donis refertum.

Canephoram hanc virginem Florentinum museum asservat, eamque eo nomine appellarunt plerumque artifices et sculptilium periti, quod canistrum illud gereret, cistae genus in sacris feriis circumferendum, et lustralibus diebus apprime proprium. Canephoreae enim suo nomine dietae sunt Athenienenses virgines, primariae quidem et nobiliores, quae in solemnibus et pompis sacra Palladis et canistris deposita et sublatis manibus capiti imposita afferebant, ut eceinit Ovidius (1):

*Illa forte die castae de more puellae,
Vertice supposito, festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.*

At non raro simili ritu, muliebris formae onustam pomis omnibus cistam deferentis, Pomonam deam placuit sculptoribus fingere, quae, ut nomen ipsum sonat, praeerat arborum fructibus, et patrona donorum dulci ex labore invocabatur. Attamen censebantur levissima esse haec agrorum dona mortalibus; quapropter ut docet Varro, quo ritu inter flamines quindecim erat Dialis flamen maxima dignitate insignis, ita minimus Pomonalis habebatur, quippe qui Pomonae deae inserviret, suavi quidem, sed agrestium numinum minima et levissimo agrorum fructui, pomis curandis, deditae. Cuius historiam narrat quoque lectissimus versibus Ovidius:

*Rege sub hoc (Proca) Pomona fuit, qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertia hortos
Nec fuit arborei studiosior altera fetus:
Unde tenet nomen...*

pergitque narrans deam mille viris placuisse, at sprevisse omnes, ut uni Vertumno nuberet, qui et deus ipse et pomorum praeses una cum uxore habebatur.

A. C.

SUBLACUM⁽²⁾.

NONDUM Benedictina coenobia tot malis emer-
serant, cum novos in ea turbines Agarenii, saltem bis. Hungari conflagrant. Abeuntibus Longobardis, inter calentes adhuc macerias rari hie illie monachi, eremitico potius more casis compositis, habitare illa solitudinem amarissimorum loca cooperunt, donec, Ioanne VII Pontifice, Stephanus constitutus abbas in angustia temporum anno DCCVI parietes rursum a fundamentis exstruxit, anno DCCCXLVI ab Agarenis iterum subvertendos magna cum strage et inhabitantium martyrio.

At, Leone IV Pontifice satagente, postea vi-
sitante, et Sanctae Scholastiae archicoenobium et Specuense asceterium templumque Petrus

(1) II. Met., 702.

(2) Cfr. an. V, n. IX.

abbas anno DCCCL circiter excitavit. Verumtamen novam Saracenorum incursionem lego in historiis, et video in monumentis; quippe anno CMXVI prope Vicovarium castrametantes in campo, qui Sancti Cosimati adhuc dicuntur, a Carolo quodam Ursino proelio sanguinolento fusi sunt, inque eos ad internecionem saevi-



Canephora ex argillacea maltha a FR. DELLA ROBBIA insculpta. (Photographie expresserunt FR. ALINARI, Florentiae.)

tum; pauci in montes Carduelinos, Anienem transgressi natatu flumen, secesserunt, vietasque Pontifici, legatis missis, tradidere manus, Mahumeticam eiuraturi fidem si fueretur. Quod ille annuit, et vicum in potestate Apostolicae Cameræ immediata reservavit, ad ultimum usque tempus, nullo unquam dynasta interpo-

sito; vivunt et illuc Arabum quamplura cognomina, nempe Margut, Morgantes, Lucafer et similia, et hominibus ac mulieribus propria Agarenicae originis facies, incessus, vigor adhuc insunt, et in sacello Vicovariensi eximio Deiparae, toto prorsus orbe prodigiis, et architectura, et sculptura celebrato, pendet adhuc a fornice vexillum insigne, imperatorium, tune de manu Agarenorum vi magna erexitum, auro intextum signisque exultum aeu barbaricis. Numquid hi a proximis Benedictinis coenobiis abstinuerunt?.. Atqui seio manibus horum expugnatum olim fuisse Benedictinum Sanctae Mariae ad castrum Empolitanum, prope Aquam-Sanctam, (Massam Apolloniam, Ampilonensem) monasterium, aeriter monachis cum domesticis obstantibus, qui triduana oppugnatione superati ad unum e tercentis circiter occisi sunt, incensum dirutumque coenobium; cuins divitiae ex argentea aureaque templi supellectili in sepulcro inclusae mea ferme aetate reperiit rusticus quidam Bernardinus, et familiarem sibi rem commodam uberemque apparavit. Utinam pretiosa artis illorum temporum, et seriem candelabrorum, simulacrorum, pixidum, et similiūm securi, malleo non contrivisset, ut facilius ocellata Romam, vendenda metalla, portaret!

Anno CMXXXVIII Hungari « barbara tune gens et immanis ac praedae avidissima », Taxiduce, in Italianam irruperunt. Sanctae Vallis coenobia scrutantes ferro et lucernis, ut reconditis thesauris potirentur, muros perforarunt, vastarunt, templo subruerunt, salvis tamen opportuna fuga monachis. At ferox ille exercitus ac truculentus italicae assuetus praedae, et excedio urbium imbutus, ac direptione oppidorum infamis, dum Cassimensi, Sublaeensi onustus rapina in Aequiculus Marsosque se effundit agros, postquam euneta latrociniis, eaedibus, incendiis miscuissent, dum Pelignorum in fines tendunt, Marsi, Aequi, Peligni in furorem conversi, districtis armis continentis appetunt impetu, et disiectos, palantes hic illie sine mora, ita aggrediuntur undique, ut ne unus quidem superfuerit. Atque ipsa prope Carseolorum Cellas (nunc Carsoli est vice nomen) inter Camaranum et Gambaranum sive Thoranum rivum, ubi fugientis aciei ultima vel prima elades fuit, plurima erui vidi e profundiori solo omnis generis arma mixta ossibus multis, quae immannum vulnerum, quibus examinata sunt, adhuc signa ostendebant secures indicantia et malleos furiantes in caudem. Heu quotidie alia et eadem fortuna rerum!

Verum post haec crudelia res quiescere visae sunt, et plus minusve pacato agmine, deduci. Restaurata fere omnia, Pontificibus Romanis et abbatibus curam gerentibus, donantibus quamplura divitibus, super quos terror et formido millennii, fatalis humano generi, ingruebant. Sed omnia bene vertere et firmari coepita sunt Ioanne V abbat - an. MLXII - qui dux bello, abbas domi, ubique doctus et integer praefuit strenuus manu, consilio prudens, animo fortis. Hie alia restaurare, alia a fundamentis rursum excitare coepit, atque huius ab aetate ac solertia sunt, quae vetusta in Specuensi ascetorio et in archieoenobio visuntur; quippe qui novem et quinquaginta annos abbatiale munus gessit.


Anio flum

Insigne deb
tum, quo ad
perpetuis annis
ronatur. Ioann
« festinavat in
sui, suorumque
securitatem, to
Eam editiori
que arte praen
paene regale a
tisque solis ex
despectat. Anie
undique rupibus
meno parique
nivit, et una eu
ambitu cinctit,
struxit, ut, lace
state, sua mag
praesens reliqu
sima rura, et hor
que item peram
tata arboribus,
que ad segeter
liter et vineta u
ripa frugiferis a

Callistus III
administranda t
a monachis ad e
mendatarium » d
palatum sublac
diu donec civile
hue; quinimo p
quamlibet vita
batis Commenda
eatum sumnum
men abbatiae q
sumpserunt, uti
quodam « Apost
ae supremis iur

Haec autem m
facta; nam Pius
officinis, inter p
et gossypiana te
parandum ut ap

(1) MIRTIUS, Chro
MDCCCLXXXV.



Anio flumen cadens ad Sublacum.

Insigne debet huic Sublacum urbs ornatum, quo ad nostra usque tempora non gentis perpetuis annis quasi diademate cingitur et coronatur. Ioannes enim hic, Mirtii verbis utor (1) « festinavit in castro Sublaci arem exstruere ad sui, suorumque successorum, atque monachorum securitatem, totiusque abbatiae tutandos fines. Eam editiori oppidi loco imposuit, natura atque arte praemunito, in eius medio palatium paene regale aedificavit, quod orientis occidentisque solis excipit radios, et subter defluentem despectat Anienem. Eam arem, detrunctatis undique rupibus, turri tutelari firmissima, immenso parique magnitudini suae impendio munivit, et una cum propugnaculis terno murorum ambitu cinxit. Porro moenia ex lapide construxit, ut, lacessente atque absumente vetustate, suae magnificentiae testimonia adhuc in praesens relinqueret. Ex ea videre est cultissima rura, et hortos cum aedificiis coniunctos, atque item peramoena viridaria pomiferis plantata arboribus. Visuntur etiam latissima arva, quae ad segetem aratris proscinduntur; similliter et vineta utraque Anienis praeterlabentis ripa frugiferis arboribus consita».

Callistus III Pontif. abbatiae vicos et castra administranda tum ecclesiastico, tum civili iure a monachis ad cardinalem abbatem, quem «commendatarium» dixit, cuique dedit inhabitandum palatium sublacense et arem, detulit, idque diu donec civile exstitit, quoad canonicum adhuc; quinimo plures Pontifices, ad invidiam quamlibet vitandam, sibi et nomen et ius «Abbatis Commendatarii» retinuerunt, ad pontificatum summum evecti, uti Pius VI; vel regimen abbatiae quasi abbates commendatarii asumperunt, uti Pius IX, vel administratore quodam «Apostolico» ibi sunt usi, titulo sibi ac supremis iuribus reservatis.

Haec autem maximo Sublaci emolumento sunt facta; nam Pius VI ditavit urbem chartariis officinis, inter primas Italiae, machinis ad linea et gossypiana texenda, opificeis ad ferrum praeparandum, ut aptum a massa sit fabris mino-

(1) MIRTIUS, *Chronie. Sublacae*, pag. 174 Edit. Rom. an. MDCCCLXXXV.

ribus; tum pistrina ad olea, tum molitrina ad frumenta terenda, aedificiis ad haec omnia exstructis, praecipitis Anienis rivo derivato, addidit. Insuper et coloribus confingendis molae, et quae laneis pannis adhibentur tractandis malleo machinae, quas «balcherias» humiliori latina lingua, vulgari *gualchiere* appellamus, denique et pecunias aere flandis, feriundis domus idoneae excitatae sunt. Praeterea et Saneti Andreae Apostoli templum duplex, inferius, superius, tabulis pulcherrimis, marmore, supellectili pretiosa decoravit, ditavit, regium omnino opus, et Roma ipsa dignum: «seminarium» par huic, scholas, bibliothecam, theatrum aedificavit, redditibus munivit; tum vias, plateas, commoda quaeque denique urbi addidit, ita ut regalibus divitiis atque potentia suis unice pro Sublacensis uti videretur.


Nec minus intentos Sublaci incolae habuerunt Pontifices qui sequuti sunt. Pium VII, Gregorium XVI, Pium IX, a quibus omnibus amplificati, aucti re, ope, honoribus quasi certam bellae urbis cives fuerunt. Et nunc additur «ferrivia» ulterius provehenda in Anagniam, agrosque Campanos, et Sublacum grandescit in dies, gratum hospitium tum iucunda civium indole et urbana, tum pulcherrima rerum omnium facie ab incola ad loca, ab aquis ad caelum, tum copia, tum suavitate alimentorum ab hortensibus ad vina, a fructibus ad fruges.

At undenam et quando Sublaci origines? Tempore Benedicti patriarchae ferunt desertum solitariumque locum, squallentemque solidudine, quia scriptores inveniunt «Benedictum trilustrem adolescentulum, relicta nutrice cum sorore Scholastica in oppido Effide (tunc Municipii iure gaudebat) clam aufugisse in desertum sublacense, et naeta (?) ibi delituisse in spelunca». Recte! At, quaequo, cur scriptores iidem versa pagina scribunt immemores «proximum Benedictino coenobio fuisse oppidum duplex, nomine Pianellum, superius et inferius, in quo parochus quidam Florentius inimicitias et insidias idololatrica dignas in patriarcham et eius monachos tironesque exercerat?»... Erant Claudiace, Neronianae deliciae, villa, lacus; inde etiam caput fluminis Anienis novi ad usum fontium ac thermarum quadraginta et ultra passuum milibus per subterraneos cuniculos, per arcus innumeros et immensos in urbem deductum. Nemone haec omnia servabat? Non ista cogitari possunt quin simul cogitemus congruam hominum multitudinem ex familia Caesarum, ex addictis munere illustri romanae urbi, qui euarent aquas, aedificia, qui secum familias haberent, libertate donati si ante Constantinum, et servi, liberi si post crucis victoriam. Solidudo, eremus erat speluncae locus, loci causa, quippe asperimus; praeruptus mons, iure publico et Caesarum iussu illicibus et quercubus et vepribus horrens, capreis tantummodo adeundus et lupis, regionem homini penitus imperviam reddebat. Inde eremus, solidudo, desertum. Quinimo cum tanta lacuum amoenitas esset, ut Augustos alliceret, qui ditarant, ornarant, cum suavis-

sima obsonia ex trutis Aniensibus essent, gulosis gratissimus romanis cibus, solitaria ne ea loca esse poterant, in quibus tanta congregabantur accidentia, et frigus aestivum, et nemora, et balnea, et venatio?

Nunc vos a me, lectores, expectare videmini causam, qua sublacenses periire lacus, et quo tempore ruina illa acciderit. Auctore utar Mirto (1) «Anno, a virgineo partu, trecentesimo quinto supra millesimum... die vigesima Februarii turbidior et saevior tempestas, quam nunquam antea ullus hominum meminisset, aut litterarum memoria prodidisset, ex Symbrunis circumvicinisque montibus descendit usque adeo inusitata, ut plenissimis imbris, atque his concreta ex nivibus glacie, alterum saeculi diluvium dubitaretur. Nam certantium inter se ventorum ea fuit rabies, ut transversis flatibus nivosa montium culmina vernerentur, qua horribili procella non solum prata Vallis Sanetae, verum etiam rivi agrorum, aquis in speciem annuum atque torrentium extumescebat, ita ut campi passum in stagna conversi, et viae itineraque confusa fuerint. Monachi vero Diuae Scholastiae cum propter immensam fluvii inundationem dubitarent ne quid deterius accideret, per duos, ceteris Monachis animosiores, de supremo laevo muro aliquos lapides grandes extrahere fecerunt, quo alluvies aquarum nimia citius effueret. Porro inundationis impetus tam vehementis fuit, ut murus eum minime sustinere potuerit, sed in alteram partem inclinatus ad terram ruerit, eamdemque vehementiam inferioris lacus murus passus est, quandoquidem, eum aquarum violentiam ferre nequiret, deturbatus concidit. Effusus autem istud diluvium proxima non solum occurrentia quaeque diruit aedificia, verum etiam pontes, licet fortes, sublieces, puncto temporis prostravit, atque deiecit, nam et fundamenta pontis Pantanelli abripuit. Eodem impetu egregia Mandrae molendina a fundamentis subversa sunt. Inde per sublacensem vallem Campi-Varei horribili fragore delapsus lacus (ferme Tiberim usque) agrestes homines in campis occupatos cursus celeritate deprehendit, ut neque miseris repentina calamitate oppressis in proxima editiora loca spatium dederit, aueta profluentis violentia, evadendi tempus; occupatis namque late campis, miserabiliter homines pecudesque perierunt. Quo horrendo pro-

(1) *Chronie. Sublacae*, pag. 362



S. Benedicti simulacrum in Specu Sublacensi.
(Effigie BERNINIUS sculptor).

fluvio Anienae vallis, per plurimorum stadiorum tractus, villis, satis, arboribus, armentisque absumptis, dissipavit.

Haec dixisse sufficiat. Plura, qui adierint, videbunt iucundiora et longe iis deliciosiora, quae serripsi, eo usus compendio, quo summo potui, prout me commentarii angustiae coegerunt.

SENIOR.

DE LONGAEVITATE.

Avil apud Etruseos idem ac « vivere » fertur; unde illae scriptae super tumulis voce ad recordationem conditi hominis: *Avil Ril* « vixit annos » significare censentur. Ex illa autem voce vocabulum « aevi » latinam in linguam defluit. Non semper tamen eadem significatio; nam et re, et exordio tantum temporis significasse videtur, quantum vita aequa hominis porrigeretur. Deinde in deterius facta immutatio, sicuti apud Aegyptios et Indos, ita pariter apud Etruseos, unde mos, nomenque in Latinos. Propterea aevum illa annorum series nuncupata est, qua, consentiente cum Mose Thagete thesmophoro Etrusco, primi homines ante diluvium millennium ferme viventes explebant; nec longius distare Aegyptios semides, Indosque conspicimus, quamvis involuta haec saecula immixtaque Sothiacis, et magis, quam par sit, confusa videantur. Atque haec aevi maxima significatio.

Sed angustiata magis magisque quotannis vita, et pone saeculum obsita morte, etiam aevi indicatio temporis angustior contigit, ac latine « aetas » optime appellatum est spatium tem-

poris inter nativitatem et decessum supremum, scilicet quo « aevum stat », quo « vita stat ». Hinc « longaevitas » apud Latinos tempus notat inter communis hominibus vivendi fines moremque aliquantis per promissum.

Et quidem obiter « senes » dicimus eos, qui a sexagesimo in septuagesimum feruntur annum, « seniores » quotquot a septuagesimo in octogesimum et paulo ultra annum procurrerint; qui autem ita occurrerint ut ultra fatalia illa octogena et quinque processerint, eos et « decrepitos », et « deponantes », et « senio confectos », magna quidem reverentia, appellamus.

Frigescente post diluvium terra, cuius orbis tune inclinatus in eclipticam hiemes et aestus primo sensit, quam antea aeterno vere frueretur, solstitialibus ubique diebus tropica sub zona continuo, vitae spatium quasi haec proportione 1:10 abbreviatum esse creditur; communis que hominibus vita septuaginta anni, si autem in potestatibus (potentioribus) octoginta; et amplius eorum labor et dolor. Ita apud Psalmistam.

At num ita humanae vitae desperata conditio est, ut instauranda illa longaevitas quasi quid impossibile videatur? Plures incubuerunt in quaestione hanc gravem, quam ad sexagesimum usque annum despiciens, postea, dum nos in hoc nimbose vitae turbulentaeque tumultu terret mors concita accedens, commovet, allicit. At etiam homini imperatum est: « Hunc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluetus tuos! » Iuxta Haller, in ceteris animantibus augmentum corporis, ad plenum, reliquae vitae est prout 1:8. Iuxta Weismann 1:5. Iuxta Buffon 1:7. Quum ergo homini habeantur ad hoc 25 anni, vel 30, patet congruum, communis lege animalium, vitam ho-

mini contentam his formulis 25×5 , aut $\times 7$, aut $\times 8$, seu 30 eosdem per numeros. Hinc extremae vitae humanae angustiora essent annis 125, seu 150; latiora ann. 240. Haec autem viri, quos nominavi, sefissimi, cerebra inductione probarunt. Plaudimus; at eur nos a lege illa tam devii?

Quot vitia tot annorum limae!

*Nova febrium
Terris incubuit cohors.*

Undenam?... « Innumerabilesque esse morbos miraris? Coquos enumera » ait Seneca. Si Brown unum excipias, qui *avil ril* 120, ceteri ebriosi, parasiti, hellunes acerba communem ante diem morte premuntur. Kaffeus, tabacus, mortis quasi stimuli praedicantur.

Gravissimum dico, et qui potest capere capiat. « Stimulus mortis peccatum est »; ita Paulus Apostolus. Hinc mortem plurimi a pueritia parant, adolescentia accidunt, accersunt, quaerunt, virilitate reperiunt. Sobrietatem Cornarus venetus laudat; experto erede saeculum sobrietate captanti. Quos enumero non vitia, sed bene morata vita, non divitiae ad luxum, sed pares aetati labores et reliquis evexerunt.

Habes in libro, qui *Pinacotheca Centenaria* inscribitur, plura longaevitatis exempla: vitiis indulgentem hominem neminem ibi reperies. H. Jenkins annum CLXIX attigit; Thoma Parr CLVII, qui dicitur annis CXX natus nuptias finis, a Carolo I Anglorum rege in regiam accitus ita se obruisse vino cibisque, ut visceribus disruptis tumens obierit. Vespasiano Augusto, inter Apenninum et Eridanum centum et octoginta centenarii versabantur. Numquid Paulos, Antonios, et sexcentos nominabos, qui asceteria, qui Thebaides incolue-

10]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XLI. — LUPI ET OVES.

*Horrida saeviant millenis amplius annis
Bella lupos inter lanigerosque greges.
Poruntur tandem studiis concordibus arma,
Quo reparet clades agmen utrumque suas.
Nam lupus haud raro caulus vastarat ovinas,
Vellere multandus rursus at ipse suo.
Sic neque carnivororū venari impune licebat,
Nec sua balanti visere prata gregi.
Vis igitur sublata, timor dimisus, et icta
Pax est, obsidibus parte ab utraque datis.
Pignora pacis, ores proprios misere molossos;
Miserunt catulos casta lupina suos.
Re per legatos solemni more peracta,
Tranquillos coepit ducere quisque dies.
Crevit at interea catulus et robur et aetas;
Succreveritque, latens pectore, caedis amor.
Oportuna suae captantes tempora fraudi,
(Scilicet opilio dum procul omnis abest)
Ex oibus rapiunt meliores undique; raptus
Mactant; mactatas ad loca tuta trahunt.
Ipsi, clam moniti, patres sub nocte molossos
Sopitos, rupto foedere, conficiunt.
Virque suam sensere canes (ita facta repente!)
Caedem; non unus fugit ab excidio.
E nostro prudens exemplo collige, lector,
Perpetua in pravos bella gerenda tibi.
Pax optanda quidem: sed pax quid proderit, hostem
Nactus si fueris, cui sacra nulla fides?*

XLI. — MUSTELA CELLAM PENARIAM INGRESSA.

*Mustelae gracili, tenuatae ex febre recenti,
Arctam per rimam perria cella fuit.
Hic, ieuna diu, coenis indulget optimis:
Quidquid edatur habet, quidquid habetur edit.
O quantum perit laridi! Quid plura? Rotundum
Ecce fit abdomen, corpus et omne teres.
Septima iamque dies illuxerat, helluo postquam
Comissabatur, quum crepuere fores.
Ocios ad rimam, qua venerat, icta parore
En mustela volat; rima sed arcta nimis.
Deceptam se forte putans errore locorum,
Huc illuc dubios fertque resertaque gradus:
- « Miror - ait - ; tamen est, memini, locus ipse: meatus
Hic mihi sex patuit commodus ante dies».
Mus videt haerentem: - « Mirari desine - dixit - ;
Non ita farcta tibi tum, soror, alvus erat.
Huc macra renisti; si vis exire, macresce.
Quae quamvis aliis dicere iure queam,
Nunc aliena tamen non perscrutabor, et uni,
O mustela vorax, haec tibi dicta volo».*

XLIV. — FELES ET MUS SENIOR.

*Aelurus, veteris Rapilardi nomen et atrox
Ingenium nactus. - priscus ut auctor habet,
Alter Alexander felinae gentis, et alter
In miseris mures Attila sanguineus -
Terror erat late natalis urbis et agri,
Cerberus a multis creditus esse Stygis.
Unum carnifici studium, riduare sub omni
Tellurem caelo muribus innocuis.
Toxica, muscipulae, fulcro male pensilis asser,
Huic collata ferae, ludus inanis erant.
Cumque ridet mures arctis latitare sub antris,
Quo nequeat, moles crassior, ipse sequi,*

*Se rafra examinem fingens, trabe pendet ab alta,
Vertice declivis; ne cadat, ungue cavens.
Visa re, mures: - « Scelus - exclamat - piat ille,
Supplicioque crucis furcifer acta luit.
Assum surripuit certe, vel casea; fregit
Vascula, vel dextram forte momordit heri.
Quidquid at est, meruit suspencia; nosque iurabit
Ipsius exsequiis agmen adesse pium».
Visi tum, sed adhuc trepidi, rostella sub auram
Promere, suspensum moxque referre pedem;
Rursus at egressi paulum procedere, donec
E careis, praecips densaque turba, ruunt.
Ecce tamen rerum facies mutata: moret se
Mortuus, inque pedes decidit ille suos.
Unque rapit, rapit ore simul quoscumque morantes
Comperit; interea scommata dura iacit.
- « Ars - ait - haec est trita mihi; nec vos cava vestra
(Credite) subducant faecibus hisce meis».
Praecinuit verum ratus fraudumque magister,
Moxque nora stolidum decipit arte genus.
Afficta se nempe tegit vestisque farina,
Inque cara macra, candida massa, latet.
Mentitum pede gens celerique brevique placentam
Vix adit, inque suum corruit exitium.
Carit odorari senior de muribus unus,
Unus et ille truci sospes ab ungue fuit.
Felinas miles veteranus noverat artes,
Bellanti fuerat cauda recisa prius:
- « O feles - sic ille procul dum substitit - audi.
Candida Troianus mactra ridetur equus.
Fraus nora celatur; nil te iuvat esse farinam;
Non propius, saceus sis licet, ire velim».
Haec bene mus sapiens; nam diffidentia tutos,
Mure docente, tuos reddit ab hoste dies.*

(Ad proximum numerum).

runt content
banitur, herb
tur, non exp
proximum,
massa: « Ci
mini? »

Abstinere,
state sunt;

.. unus
Deterior
neque memin

Si medici da
Mens hilarie

IUVAT poste
Lehi, domo
nis manubal
perioris quin
Maias, paratu
stam Taurin
enim die, sub
officina pulve
riam, subito
Taurinorum
adfuisset, qui
consilioque i
firma manu,
opinionem ac
perituras in
cum maximo
munieare pot
puit atque in

Dum sang
fractis abunda
avulsaque soci
etus, ubique p
ipse unus ocul
sens Virginis
optimum faci
tradetur.

Interea, du
visitatur, ad
Caroli Albert
nuelis II regi
legionis man
amplissimis l
ponit.

Tunc uniu
virum forte
vit, atque, a
ordinibus ac
merum, hono

Ipse rex,
tibus, maxim
ductores ads
honoribusque
Hic vero
nullius huma
mortalia infr
tri, cui unice
dem accepta
nova haec te
natus, tabell
ad Virginem

× 5, aut × 7, numeros. Hinc tempora essent annos. Haec autem pars inductione s a lege illa

runt contenti parvo? Atqui aqua, non vino utebantur, herbis et fructibus, raro pane vescebantur, non explebantur. Fama est Galenum, Urbi proximum, camposque considerantem exclamasse: « Cicoram habetis, Romani, et moriemini? »

Abstinere, temperare uniuscuiusque in potestate sunt; sed

*... unusquisque videt meliora, probatque
Deteriora sequens.*

neque meminit illud:

*Si medici desint, medici sint haec tibi primi.
Mens hilaris, somnus brevis, et moderata diaeta.*

D. LASCARIS.

EX ITALIS URBIBUS

De Paulo Sacchi.

IUVAT posteritati nomen prorogare Pauli Sacchi, domo Iulia Iria (*Voghera*) militis legionis manuballistariorum, qui anno saeculi superioris quinquagesimo secundo, VI kalendas Maias, paratus certae occumbere morti, Augustam Taurinorum ab excidio vindicavit. Illo enim die, sub meridiem, nescio qua de causa, officina pulveris ignescentis, in suburbio ad Duriam, subito conflagravit. Actum erat de urbe Taurinorum principe, nisi virtus huius viri adfuisse, qui, audacia in periculis capessendis, consilioque inter ipsa pericula inclarescens, firma manu, seculo pectore, praeter omnium opinionem adstitit, « et sese medium iniecit perituras in ignem » tegmen, quod flammam cum maximo pulveris ignescentis agmine communicare poterat, divinitus propemodum arripuit atque in flumen proiecit.

Dum sanguis ex auribus horribili fragore fractis abundantius fluit, et iacent ingentes trunca, avulsaque sociorum humeris capita, « ubique luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago » ipse unus oculis ad sidera laetus extollens, praesens Virginis numen adprecatus, sui securus, optimum facinus aggreditur, ob quod posteris tradetur.

Interea, dum haec intus aguntur, officinam visitaturus, advenit Ferdinandus, Genuae Dux, Caroli Alberti filius idemque Victorii Emmanuelis II regis frater, qui summus praepositus legionis manuballistariorum, virtutem militis amplissimis laudibus exornat, praemioque ponit.

Tunc universa civitas, tot aerumnis abrepta, virum fortem admirata, corona aurea redemit, atque, annua pensione adsignata, omnibus ordinibus acclamantibus, in civium suorum numerum, honoris ergo, retulit.

Ipse rex, omnibus militibus in acie adstantibus, maximo apparatu, eum inter ordinum ductores adscitum aureo nomismate decoravit, honoribusque cumulavit.

Hic vero, quem nostrum optime dixeris, nullius humanae gloriae cupidine ductus, atque mortalia infra sese posita arbitratus, Virginis Matris, cui unice erat devotus, totius huius rei laudem acceptam referendam esse putavit. Immo nova haec tempora in impietatem prona aspernatus, tabellam votivam manibus suis publice ad Virginem portare minime dubitavit.

Est in urbe Taurinensium antiquissimum templum, votivis tabulis undequa exornatum, Augustae Matri dicatum, quam « a Consolatione » appellant, summa religione omnibus carum acceptumque. Praesens Virginis Matris auxilium multis saepe prodigiis, civibus iam inde a saeculo christiano V, fuit oblatum.

Huc sese Taurinenses conferunt, regiae quoque sobolis exemplo commoti, in prosperis, neandum in rebus adversis. In hoc templo, nuper Margarita, Augusta Humberti regis vidua, ob redditum in patriam a plagis septentrionalibus Aloisii Aprutii Ducis, quas cum sociis audax lustrayerat, religionis signum reliquit.

Noster Virginem colebat, eiusque praesenti auxilio incolumis, ad eius pedes provolutus in obsequium atque in pignus grati animi, gratias ipsi amplissimas agere voluit, testarique, maiores etiam animo habere, quas, si casus incidit, vel ipso vitae discriminre referre non dubitaret.

Religio vero huius officit famae decori. Horridi enim illius aetatis rabulæ, qui haud ita pridem in commentariis diurnis sine nitore ac reverentia optimum quemque aggredi cooperant, virum strenuum eundemque religiosum conviciis, perpetuisque ludibriis, et pietatem in derisionem vertentes, etiam atque etiam virtutem eius sunt aspernati.

Rem incredibilem, sed veram narro.

At ipse non dubiis rebus, non hominum perditorum audacia contumeliasque fractus, spectatam fidem in Virginem perpetua religione illustravit. Namque, impetrata mox munera vacatione, in Dei cultu, non otium pro virtute secutus, totus in suorum caritate modestus honestissime consenuit.

Populares nostri, haud raro eum sibi digito monstrantes, matuo obsequio obvium per urbem ultro ac laeto vultu salutabant. Cum firmo corpore et vegeta mente ad ultimam senectutem pervenisset laetus, decimotertio kalendas Iunias annos MDCCCLXXXIV, ad caelestes advolavit.

Hodie civitas nostra, profusis gaudiis, Virginis opiferae gratias renovat, quod abhinc annos quinquaginta ab excidio patres vindicavit, et Paulum Sacchi memorare voluit, ne huic quoque decesset, cuius potissimum ope incolumis olim evasit.

Dab. Augustae Taurin. Non. Maiis MCMII.

SUBALPINUS.

SAPIENTUM INVENTA PRAECIPUA

AN. MCMI.

Ab Iove principium; nempe a caelo. Nova prorsus et coruscans emicuit stella in sidere Persei, de qua licet alias diximus, iuvat tandem historica persequi. Undevigesimo Februario die illa caeli regio photographico depicta fuerat apparatus in urbe Harvard; nihil ibi prorsus de stella; at haec post duos dies eruditus viro T. D. Anderson plerisque aliis repente affulgit, et affulgens crescebat in dies: quinimum, in ipsa coruscatione, diversa ferme quotidie, elementorum suorum signa « spectroscopis » notanda credebat. Magnus hinc astronomis labor, et adhuc causa laboris.

April mense, anno eodem, novus cometes in emisphero australi eluxit, comete, qui anno MDCCCLXXXII emicuit, praestantior. Huius cauda, sive appendix, quae per decem gradus porrigebatur, Maio mense trifariam divisa est. Recedens inde delituit abiens per sideralia spatia in profunditatem ignotas.

Et nunc, caelo peragrato, in terram redditum, super qua reptamus bruchi infelices, quorum vita die uno in aerumnis continetur, sit nobis vehiculum lux; nemini timor, ne nostro ponderi sit lux impar. Scholasticos rememoramus ratiocinantes: Omne corpus est grave; atque lux est corpus; ergo lux est grave!... Et plurimi ex physicis irridebant scholasticae argumentationi, et inter imponderabilia lucem reponebant, scilicet inter corpora, quae non essent corpora. Maxwell et Bartoli de re suspicati erant; William Crookes, « radiometri » inventor et auctor, se probasse sperabat; at, quae numeraverat, intra thesim non fuerunt; eodem sed ferme die Lebedew in Moschis, Nicholls et Hull in America, experimentis adhibitis, lucis pondus probarunt, atque una convenere in sententiam, cuius auctor Lebedew, in area metri unius quadr. perfecte atra pondus lucis esse 0,4 milligr.; si vero area talis sit, quae optime reflectat, repellatque, tunc lucis pondus duplex haberi; nempe 0,8 millig.

Telegraphia sine filis, humilibus emersa principiis, ceu magnarum rerum est mos, radicum habere videtur in mirabili doctrina electro-magneticæ, cui nomen a Maxwell. Mox Lodge, paucis abhinc annis, obstupescientibus viris, quibus *British Association* constat, ostendebat undas, commotiones electricas, queis nomen ab Hertz, per aetherias regiones liberime intra quingentos passus propagari. Alea iacta erat; et Marconi telegraphiae huiusmodi habetur auctor, qua nunc ferme naves instruuntur omnes, praesertim bellicae, et actuariae, et cursoriae naves. Facile inventis addere et imperfecta perficere: hinc in pleraque incommoda huiusmodi admenda incubuerunt post unum Popoff, Guarini, Ducret. At Marconi sua tuens potentissimas undas electrico-magneticas adeptus est inter tria chilometrorum millia; ac proinde voluntans magno animo quid possit, trans Atlanticum Oceanum, liberam telegrapho suo molitus est viam. Nunc unum obest, quod hisce vagabibus per aethera nuncis aliis potiatur. Res autem omnis in ianuis et liminibus adhuc.

Subterraneae viae Londini sunt, quas vaporivæ, vaporitrahae peragrant, electrieharumque manus omnis. Iamque electride expulsa est vapor; nam in cuniculis illis non leve erat ex fumo incommodum traductis; electride tamen satagenti aliiquid restat adhuc, scilicet impurus aer, respirantibus non modo iniquus, sed morborum causa frequens. Huiusmodi aliquid praestant ferriviae inter Liverpool et Manchester, inter Berolinum et Zossen, in quibus systemate *monorail* ut aiunt, constructi, electride agente, currus unaquaque hora centum supra septuaginta septem chilometrorum spatia superant; in Anglia, in Germania centum et sexaginta.

Cambridgense athenaeum omnia se autumat absolvisse in serutandis effectibus « ionizationis », et in inquisitione corpusculorum, quae

longe exiguiora sunt athomo. Olim de metallo « radium » in hoc diximus commentario, nec, aut ego fallor, tacuimus de proprietate *radii*, qua caneros deletat. Nunc in Gallia coniuges Curie, et eruditus vir Beeqnerel effectum metalli huius, quo pellem urat et rodat, vulgaris. Bredik et Ikeda in Germania scrutationes suas circa « phlogosim » (fermenta) inorganicorum prosequuntur, et mirum quid suspicunt inter vim catalyticam platini colloidalis et fermentorum ex inorganicis, praecipue de venenis. Ita biossidum hydrogenii eoram platinum colloidalis virtutem sentit acidi prussici, hydrogeni sulphurati, et sublimati corrodentis, etiam si minima quantitate adducatur.

Iamque ad hominem pergamus. Esse in sanguine quid magnetium docebat Gamgee, neque deterrebatur experimentis Faraday, quibus decernebatur magneticum prorsus vi sanguis carens, quamvis in illo ferrum contineatur. At Gamgee innotuit quod « ossi-emoglobinum » quamvis magneticae virtuti sit prorsus aut rebellis, aut impos, « ematina » tamen et « emina », quae peculiaribus acidis inde eruuntur, magnetismo libertissime inserviunt.

Tuberculosis, sive phthisis bacillus liquenti aere num comprimi ac destrui possit quaeatum; liquens enim aer omnem frigoris excessum longe praevertit. Compertum est, bacillum pestis huius aere liquido minime restingni, cohiberi aliquantulum tamen: ad restingendum necessarias esse vices caloris et glaciei, quibus, quasi « pneumonite » affectus, moritur. Atqui ante mortem bacillorum infirmus ipse moreretur.... Ergo....

Koch Londini in conventu medicorum dixit phthisim, seu tuberculosim, boum longe aliam esse ab humana, nec ab infimo bove infici homines, nec ab hominibus boves. Esto: melius ac tutius ille faciet, qui se suosque boves talia in discribina non coniecerit.

At quoniam de phthisi agimus, iuvat explere quae de hac pernicie, unde tanta clades in humanan genus quotannis est, innotuerunt. Duplex eurandi morbi modus. Alter, quo libero et aperto semper aere infirmi exponuntur, — iamque hospitia huiusmodi, quae « sanatoria » nuncupantur, nonnulla erecta sunt; alter quo Maguire medicus in *Consumption Hospital* utitur, venis infirmorum inserens pharmaceum « formalinam ». Fertur immediate ardor consumentis febris mitescere, et solatium inde esse, quamvis temporaneum et breve, patienti. Cum autem quae applicata iuvent ea repetita sanent, iuxta tritum ore medicorum proverbium, ad pestem comprimentam omnino via inde pateat necesse est.

Neque silentio praetereunda est Bacellii nostri inventio: hic enim « aptam bovinam », seu pustulam, qua quotannis viginti fere boum millia miserabiliter peribant, exterminare contendit iniectionibus sublimati endovenosis, ut aiunt, epiceratice iussis.

Culicis periodicarum febrium et perniciosem, quin et pallidae febris (ital. *fèbbre gialla*) princeps quasi vehiculum, et fortassis unicum, et causa potior habentur. Grassi noster haec primus et princeps animadvertisit experimentaque constituit, quibus res probaretur; quae omnia ad unguem sapientiam coniicientis probarunt.

Hinc ad tuendos homines, qui in locis culicis hoc « esanopheli » frequentibus degunt, idem rete quoddam ex metallo molitus est, quo fenestras et portas, et spatium circa limina tueretur. Quot hisce se tuiti sunt, immunes totidem. Idem de « febri pallida » exploratum est alibi, qui etiam si lecto infirmorum et vestibus usi sunt, nihil tamen sunt passi: ideoque patet pernicie hanc non contagione, aut contactu, aut aëris vitio, sed unice per culices propagari.

In zoologiam denique novum animal ex mammiferis devenit, cui « okapi » nomen. Et de hoc *Vox Urbis* suo tempore scripsit, quod Harry Johnston e sylvis Congi, in Africa regione ferme infinita, reperit, et pellem integrum, et calvaria duo potuit sibi comparare.

Haec superior annus memoranda dedit: præsentem speramus non minora allaturum.

M. LANI.

ANNALES

Ibericae feriae ob regem in thronum assumptum. — Loubet, Gallorum Praesidis, ad Russos iter. — Persarum regis iter in Italiam. — Alsatiensis atque Lotharingii dictoria lex abrogata. — Boerorum coetus ad Vereening.

DUM in Americis Vulcani ira furiit, res evertit obruitque homines, in civitatibus totius fere Europæ pacifiae feriae habentur, quasi pacis aevum multis bonisque indicis praelucens. Omnium vero præfulgidas censemus ferme, quas Iberi habuerunt regi suo Alfonso Saneti Ferdinandi thronum ascendentis. Qui quidem eum sextum supra decimum annum attigerit, plenum ins, iuxta patriae leges adeptus est, summamque rerum potuit assumere. Ad novum regem salutandum, convenerunt undique missi legati, plerique e regia stirpe, vel præfetti militiae. Quibus exspectantibus in aula maxima popularium oratorum comitiis habendis, pompa dueta munifice e regalibus aedibus, una cum matre sua Christina, accessit Alfonsus suoque populo iusurandum edidit, solemniter desponsans fidelem sese patriis legibus futurum. Eadem die maxima pompa, tum, adstante rege et optimatibus, in Cathedrali Madritensi Ecclesia, tum in ceteris huiusmodi Iberiae omnis grates Deo habitae sunt. Habitae pariter magnifica liberalitate et militum recensio solemnis, et peculiaris actio in regio theatro, et publice per vias pugna, quam dicunt florum, tauromachia denique, in qua primum ex more antiquissimo equites nobilissimi ex tribunis turmarum selecti, hasta instructi cum feroi bellua decertarunt, deinde « matadores », celeberrimi.

*

Sed plausus e Russicis quoque litoribus insonant. Loubet enim, Gallorum reipublicae præses, ad Cronstadt portum appulit, Russorum Caesarem, suaem civitati foedere coniunctum, visitaturus. Quam festivo apparatu exceptus fuerit, quam fausta auspicia tum ille, tum Caesar vicissim inter epulas de Russo-Gallico ipso foedere sumpserint facile coniectui est, nee ego referre audebo.

*

Itali nos quoque clarissimo hospite donati sumus; Persarum regem dieo, qui iter hoc anno

ad Italica nostra litora fecit, Venetas tenens, unde iam Romam venit, ubi tamen brevi est moratus.

*

Pacificus aliis triumphus, isque insignis peculiari nota est dignus in Germania a Wilhelmo Caesare celebratus, cui placuit tandem pro Alsatiensi atque Lotharingii populi regimine leniendo, dictatorum illud ius tollere, quo provinciae præses, quoties opportunum censeret, rigidissimas leges edere atque edicta severiora valebat, ne respublika forte aliquid detrimenti cuperet: quod ferme laetissimo animo non tantum Lotharingii audierunt et Alsatiensi, sed Galli quoque eives, qui tot vineulis eum illis populis devincuntur.

*

At de Boerorum Anglorumque pace tandem aliquando confirmando nihil hactenus innotuit, unde tutum liceret sumere indicium. Vereening enim in locum legati ex omnibus Boerorum manipulis convenere usque ad sexcentos; quid vero deereverint prorsus ignoramus.

POPULICOLA.

AENIGMATA

I.

Graecos Tu ceteros vicisti fortius olim
Fortes, at Charitis dona negata Tibi.
O geminum (series modo iusta sit) additur: hume
Strangulat, heu, miserum mors nova cum
[pueris.

II.

Vox eadem sonat, ast sensus variatus et impar.
Motu sic tripli spatum omne emetior, annos
Metior, heu mora nulla, viam pes corripit actus. —
Lumina, tympanum obit confinia perbene fixum
Quod membrum numero gaudere scis geminato.

V. HERTEL.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. V, n. VII proposita his respondent:

1) Satanas; - 2) Miles, Selim.

Ea rite soluta miserunt:
Th. Vignas Sch. Piar.; Quint. Mirti Della Valle, Roma. — Rich. Malotta, Starawies. — Fr. Sallarés Sch. Piar., Sabadello. — Car. Stegmüller, Sabaria. — Ant. Lassota, Sutrio. — Guil. Schenz, Ratisbona. — C. Tranchese S. I., Neapoli. — Mart. Iann, Cervenka. — Princ. Gordon, Mancunio. — P. G. Z., Modoetia. — Ad. Skrypkowski, Scivice. — A. Mesek, Travnik. — I. G. Grünes, Nicotsburg. — I. Sernatinger, Dresden. — H. Gini, Taurini aguis. — Am. Robert, Marieville. — Collegium Scholarum Piarum Stellae. — C. Perazzi, Mangalore in Indis. — Viet. Hertel, Mendhusio. — Bern. Aleón Sch. Piar., Ciel. — Ad. Huza, Grybavia. — Alois. Cappelli, Sens. — Anic. Tapias Navarro, Roma.

Sortitus est praemium:

RICHARDUS MALOTTA,
ad quem missum est opus, cui titulus:

CARMINUM

S. ALPHONSI M. DE LIGORIO

VERSIO LATINA METRICA

QUAM CONCINNAVIT

FRANCISCUS XAVERIUS REUSS

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

I
T
q
eiss
qua
flevi
bus
usqu
late
die
puto
sisse
sian
in S
ineo
quis
ad
tri
quat
elad
stare
sanc
Obr
nere
ignit
pesti
einen
comb
novis
horri
imma
Flam
nantu
refug
ipsa
ad li
cunia

Venetias tenens,
cam brevi est

que insignis per
mania a Wil
placuit tandem
populi regimine
tollere, quo pro
num censeret,
dicta severiora
quid detrimenti
animo non tan
Alsatiani, sed
neulis cum illis

ne pace tandem
ctenus innotuit,
um. Vereening
ibus Boerorum
sexcentos; quid
mus.

POPULICOLA.

A
us olim
ata Tibi.
additur: hunc
ors nova cum
pueris.

iatus et impar.
emetior, annos
corripit actus. —
perbene fixum
scis geminato.

V. HERTEL.

igmatis inter
moderatorem
nus, sortitus,
ELINI opus,

ATINIS.

his respondent:
Selim.

a Valle, Roma. —
Sch. Piar, Sab
assota, Sutrio. —
S. I., Neapoli. —
cunio. — P. G. Z.,
A. Meseck, Trav
singer, Dresda. —
Carrieville. — Col
razzi, Mangalore
Alcón Sch. Piar.,
appelli, Senis. —

OKIO

A

EUSS
iurisperitus.
uggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticanan Basili
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so
lemne sit.

Clientes frequen
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas
que ad decem usque
ae duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ac familiis necessa
rias, quod pars
moniam cum salu
britate et mundicie
coniungant.

Vitreas
faculis suppediat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Ortì Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

PER ORBEM

ITER hodiernum, etsi profecto infusa plus
quam par esset reculerimus, tamen infeli
cissimum omnium evadit. Et iure quidem: ec
quando enim tantam eladem hominum rerumque
flevimus humani, quantam postremis hisce die
bus accepimus? Non puto sane ab antiquissima
usque aetate illa, qua vires totius mundi in
latebris inclusae furebant, visceraque orbis de
die in diem conatus titanico lacerabant, non
puto tantam rabiem furoremque nocendi exar
sisse, nisi perraro, ut Pompeis Tito Vespa
siano imperante primum, ut abacto saeculo
in Savanensis insulis, ut mox Antillarum
incolis terribus fato contigit. Iamvero ec
quis Christophoro illi Iauensi nostro, cum
ad primos novi emispheri scopulos laetus
triumphansque appulit, Crucisque vexillo vi
ctoria nova est potitus, ecquis vaticinatus esset
quatuor post saecula futurum ut tam horrenda
clades litoribus infeliciissimis imminaret, ut va
stanterent ignivoma telluris rabie orae, quas
sancto Crucis nomine ille primus sacraverat?
Obrunt dum scribimus densae atraeque ci
neres ruinas urbium, hominumque peundumque
ignita adustaque cadavera calentibus aquis,
pestiferis vaporibus, flammis, saxis ingentibus,
cinere, vento, procella aeris marisque divulsa,
combusta, oppressa, lanifata ubique. Intonant
novissimae minae, voces abyssorum bombos
horridos emittunt per crateres, perque hiatus
immanes, qui renovato terraemotu dehiscunt.
Flammis et nebulis montium caeumina cor
nantur; exterriti aufugunt cives; ab urbibus
refugium querant in aquas, sed iam imparia
ipsa loricata navigia potentissima fiunt, quin
ad litora vastata appropinquent.

Hoc in discrimine quorum evadet tanta pe
cunia, quam liberalissimo animo reges omnes,

praesides, coetus legiferi, curiae et municipes
urbium ex Europa exque America certatim
erogarunt ut, quantum licet, miseris super
stitibus immanis detrimenti ruinas sarcirent?

Inania dona, inanesque conatus! En iam, etsi
tot instructi mirabilibus modis ad naturae vi
res cohendendas, ad potiundum vigore rerum,
ut nostris necessitatibus inserviant, en, cum
erumpunt illae, impos, imbecille, miserum ge
nus revertimur!



Paulo ante pertantaverat novus quidam Ia
peti filius aeras scandere sedes globo *Pax*
nomine, quem Lutetiae Parisiorum paraverat.

Severus ille, — hoc enim nomine gaudebat —,
Brasiliae in oris natus erat, aenulus manipu
luli illius civium, qui non semel iam eosdem
in ausus contenduntur. Inanes et hi conatus,
vanum quoque novissimum experimentum.

Quin immo, quum illi absque elade saltē plē
rumque contigerint, hic contra miserrimo cum
exitu. Avolante enim iam per altissimas re
giones globo, iamque iuxta fraenum et gu
bernaeum soleante caelum, incenditur imp
roviso aer ille levissimus, quo complebatur
atque sustinebatur in nubibus, flammis globus
aduritur nautaque audacissimus ex altitudine
summa in solum, quasi fulgoris ictu, procumbit.



Cetera tristissima sileam, ut domi consistam,
utque enarrē sacra illa novissima, quae arti
fices pictores sculptores nostri agrorum deae
Pali, ad diem Urbis natalem celebrandum
in Palatino monte renovarunt, inter antiquae
maiorum potentiae et maiestatis rudera. Pali
enim deae pastorum deaeque matri, quam Ro
mulus primus coluit, habebantur a maioribus

quoque die Urbis natali sacra quotannis so
lemnissima. Eo die lustrabantur in Urbe et in
agris homines et pecora suffimente e sanguine
equino, cineribus vituli, stipulis fabalibus et
sulphure; lac et sapa et milium offerebantur,
et accendebatur ignis acervo foeni et stipulae,
eaqueflammam pastores transiliebant.

Haec igitur nepotes tardissimi personata
cohorte sunt imitati, consulem in quadriga indu
entes eiusque lictores, sacerdotes flaminesque,
augures, haruspices, vestales virgines, legio
narios quoque et manipulares milites, equites
ipsos cum turma aquilis, manipulis et vexillis
onustos. Aderant etiam tibicines multi et lu
sores, quorum ad modos ingeminatum est Hor
atianum saeculare carmen, quo nullum splen
didioibus versibus unquam patrii n minis
magnitudinem ac perennitatem celebravit. Quia
vero « omne tulit punctum qui miscuit utile
dulei » adstantibus, membranaceae chartae im
pressa, distributa sunt monita saluberrima,
quae, ut ipse tandem aliquando lectoribus meis
utilitatis sim, isidem suadebo:

I. RECTE · VIVENDI · PRIMA · FONS · EST · SA
PIENTIA · IDEO · IN · PRIMIS · ET · PRAE
CIPUE · MINERVAE · ATQUE · APOLLINIS ·
CULTUM · NUMQUAM · INTERMITTITO.

II. DOMUS · TUA · NITIDA · ET · SOLE · AERE ·
AQUA · LAETA · ESTO.

III. PRAECIPUAM · CORPORIS · TUI · CURAM ·
HABETO · CIBUM · SIMPLICEM · ET · MODI
CUM · SUMITO.

IV. CUBILE · VESPERTINUM · QUAERE · MATU
TINUM · FUGE.

V. OTIUM · NIMIUM · INFIRMITATEM · LABOR ·
NON · IMMODICUS · SALUTEM · GIGNIT.

VI. IN · REBUS · ADVERSIS · AQUAE · LETHAE ·
QUOTIDIE · POCULUM · BIBITO.

VIATOR.

Ciapponi Franciscus et Soc.
OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

EIBER (vulgo "ALBUM") praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE — Via Alessandrina, 87

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS A KAL. IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

(Vid. in secunda operculi pagina).

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praepter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.